

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput 40 [XL.]

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)

clementissime Deus, ut videlicet lava tua hic me perpetuo confortet, sustentet, protegat, et dirigat, tum dextera tua in caelo me amplexetur, ac mihi tribuat coronam gloria, quam promisisti diligentibus te.

Caput 40^{mum}

Aspirationes ad Deum tanquam gubernatorem.

O Deus meus, quantam afficior consolatione, dum confidero, te meum esse rectorem et gubernatorem, quidem enim obsecro, mihi desse poterit sub tua gubernatione quae plena est sapientia, pietate, clementia, providentia et dilectione, adeo ut fieri nequeat, quin omnia mihi prospere succedant, si me totum tibi tradam, et committam, sicut enim filio, qui gubernationi sui patris aliquin sapientissimi ac potentissimi se totum committit, ad vota non possunt non fluere universa, ita pariter necesse est, ut ad bonum meum omnia tua prosus cedant, si me totum tuae voluntati ac directioni relinquam; neque enim tam duri cordis esse potes mi amantissime Deus, ut dum sapientissime regis, et disponis omnia, mei tamen in te unice confidentis veluti obliviscaris, atque multa mala mihi evenire permittas; Potius credam, te non esse

ps. 72.

quàm te mecum ita agere; amas enim me et
 regis me, et ideo nihil mihi deerit. Accusatio
 mi Domine, unde et cum summa animi mei
 tranquillitate, veluti in sinu tuo tutus ab omni-
 bus malis iugiter obdormiam, et requiescam.
 7. Domine Deus tanto magis me tuae governa-
 tioni committere debeo, quanto ea melior et uti-
 lior est omnibus aliis gubernationibus. Reges v. g.
 huius saeculi subditos quidem suos gubernant, sic
 tamen, ut bona eorum sua faciant; at tu cle-
 mentissime Deus, bona creaturarum tuarum,
 eas gubernando non exquiris, quin potius te totum
 illis tribuis, et omnia in eorum commodum vertis,
 maxime vero nos, qui sumus ad imaginem tuam
 conditi, ita gubernas, ut tibi sumo bono magis as-
 similemur, atque amplius et amplius de tua perfectio-
 ne participemus, ac in aeternum te possideamus.
 O Deus cordis mei adoro, laudo, ac benedico hanc
 tuam sanctam gubernationem. O quàm magna
 animi nostri letitia esse debet, quòd te rectorem
 habeamus, per quem ad aeterna gaudia pervenire
 valeamus; spero enim mi amantissime Deus
 te duce ac rectore in loco pascae, aeternae scilicet
 gloriae, me tandem collocandum esse. O Deus

auxilii mei, tota spes mea in te est.

Opus gubernationis tuae, o gubernator optime, etiam eo tendit, ut adversitates, et mala, quae in nostram possent vergere perniciem, vertas ad salutem. In hoc enim mundo non solum mala culpa fieri permittis, verum et mala poena ordinas, et mittis, ut ex illis per tuam infinitam bonitatem, atque potentiam multa bona eliciantur; maxime vero, ut electos tuos malorum tolerantia erudias, ornes, purifices, atque meritis divites reddas. Quare mi amantissime Deus in omni tribulatione et angustia letari debeo. Sicut in magna consolatione et prosperitate; non enim est malum in civitate, quod Dominus non fecerit, ait Amos, quidquid autem o Domine Deus facis, cum tua infinita pietas ac bonitas, bonum sit, necesse est, o mi dulcissime Deus, ita me in posterum tua gubernationi obsequentem prebebo, ut etiam inter adversa de semper laudem, tibi quoque sumas grates rependam.

Caput 11^m muni

Aspirationes ad Deum tanquam consolatorem nostrum.

O Deus meus consolator optime spes suspirantis animae, tu solus es, qui mihi verum solamen et gaudium afferre potes; quamquam enim omnibus deliciis huius mundi fruor, et ad vota fluere universa; necdum tamen plene consolatus essem; quia adhuc in quietem foret cor meum, quod nequit in ullo alio quiescere quam in te solo consolatore pauperum. Revera tu es verum

Amos 3.